

Universitätsbibliothek Wuppertal

Linguarum Vett. Septentrionalium Thesaurus Grammatico-Criticus Et Archæologicus

Hickes, George

Oxoniae, 1705

Caput undecimum. De secunda conjugatione verborum in lingua Francica

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1559](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1559)

CAPUT UNDECIMUM.

De secunda conjugatione verborum in lingua Francicâ.

I. **C**ONJUGATIO secunda est verborum, quæ formant præteritum abjiciendo terminationem præsentis indicativi, & mutando vocalem vel diphthongum penultimæ syllabæ in aliam vocalem vel diphthongum. Sunt autem istiusmodi verba duplicis generis, vel enim habent **I** vel **E** breve in penultimâ infinitivi; aut **I** vel **E** longum. Habentia **I** vel **E** breve in penultimâ infinitivi formant præteritum mutando istud **I** vel **E** breve in penultimâ præsentis indicativi in **A**: sic à nemo, vel nemon, *cipio*, formatur nam; à bero vel beron, *fero*, bar; à bido vel bidon, *peto*, bad; à spreco vel sprecon, *loquor*, sprac; à findon, *invenio*, fand; à brehhan, *frangeré*, brah; à geban, *dare*, gab.

II. Habentia autem **I** vel **E** longum in penultimâ infinitivi formant præteritum mutando istud **I** vel **E** longum in penultima præsentis indicativi in diphthongum. Sic à litho vel lithon, *tolero*, formatur leith; à hefo vel hefon, *levo*, hoof; à klyfo vel klyfon, *findo*, klauf. Et cætera omnia, quæ ad hæc duo paradigmata non possunt reduci, merito pro anomalis habenda sunt.

III. Quædam duplici præterito gaudent: Sic à geschehan, *fieri*, formatur geskieda, & gefcagh; à saian, *serere*, saida & seu. En adales man an is acker saidi hluttar then corni handon finon, thuo geng thar is fiond after thuru dernian hugi, endi it all mid durthu oðar seu mid vucodo vuiriston. C. C.

CAPUT DUODECIMUM.

De verbo passivo apud Franco-Theotiscos.

I. **V**ERBUM passivum propriè loquendo in linguâ *Francicâ* nullum est, sed vox passiva in in eâ formatur adminiculo verborum auxiliarium *siin* vel *wefan*, *esse*, & *werthan* vel *gewerthan*, *fieri*, de quibus supra in capite VII.

En paradeigma per omnes modos.

Modus indicativus.

	Singulariter.		Pluraliter.
T. præf.	Ich bin <i>vel</i> werthe <i>vel</i> uuerde Thu bist <i>vel</i> wertheft Her is <i>vel</i> werthet	} gemachod.	Wir siin <i>vel</i> werthen Ir siit <i>vel</i> werthet Sie sint <i>vel</i> werthent
			} gemachod.
	Singulariter.		Pluraliter.
T. imp.	Ich was <i>vel</i> warth <i>vel</i> uuard Thu wast <i>vel</i> wartheft Her was <i>vel</i> warth	} gemachot.	Wir waran <i>vel</i> wurthan Ir waret <i>vel</i> wurthed Sie waran <i>vel</i> wurthan
			} gemachot.
	Singulariter.		Pluraliter.
T. præf.	Ich bin gemachot Thu bist gemachot Her is gemachot	} worthan.	Wir siin gemachot Ir siit gemachot Sie sint gemachot
			} worthan.
	Singulariter.		Pluraliter.
T. plus. perf.	Ich was gemachot Thu was gemachot Her was gemachot	} worthan.	Wir waran gemachot Ir waret gemachot Sie waran gemachot
			} worthan.